



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

1 Nunquid Episcopi in suis diœcesibus residere iure diuino teneantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

item omnino fructus de bonis deest, sit aliquando de malis superuacuis. Vnde sæpe agitur in anima perfectorum, quod sum laborem suum sine fructu esse considerant, in locum alium ad laborem cum fructu migrant, iuxta illud Pauli: Ecce cōuertimur ad gentes, quia verbi Dei vos indignos fecimus. Quarta cōclusio. Quantumvis causa adsint ad iuste credendum, nihilominus cessio citra auctoritatē prælati fieri non potest, puta Papæ, si episcopus vult credere, quippe cui soli facultas suppetit, ut ait D. Th. in illo voto dispensandi. Patreialis autem sacerdos posset de licentia episcopi cedere. Sententia est eiusdem Innocentij in ultimis verbis eiusdem cap. ubi ait. Esti pennas habeas, quibus fatigas insolitudinem auolare, ita tamen strictæ sunt nexibus præceptorum, ut liberum non habeas absq. nostra permissione volatum. Imò neque ad religionem demigrare absq. Papæ facultate episcopo liberum est, ut c. licet. de regula. Et ratio est, q. sicut nemo ad ecclesiam absq. iudicio superioris assumendus est, ita neq. absque eius arbitrio ulli licet illam desituere. Sed est demum meditata cautio, quidam supra citati. Quod si quis cessionem petit, retrocedit; cogendus est. Consecuerant enim aliqui, & consecuerunt episcoporum renuntiare pauperiorem, aut alias sibi minus commodum vrbetorem possint expiscari. Et ideo cum uident suis technis frustrari, retrocedunt. Merito ergo illi cedere compellendi sunt, & ab ecclesia repellendi.

Conclusio.

Ad conuulso.

Ad primū arg.

Innoc.

tiæ consulas; in monasteriū sese recipiat. Ad secundum per idem fundamentum respondetur, q. per nullum impedimentum homo curam propriæ salutis prætereire debet, quod ad religionis statum pertinet. Potest tamen a negotio aliene salutis impediri. Et ideo monachus quidem ascendere ad episcopatum potest, ubi propriæ salutis periculum non paratur. Et pariter episcopus ubi cohibetur, ne alienæ salutis absque propriæ detrimento incumbere quiverit, intra claustra monasterij sese conferre. Cessante autem impedimento, potest rursus ad prius institutum remeare, nisi forsitan ob crimen aliquod fuerit episcopatu priuatus, & in monasterium, ad peragendos poenitentis fructus obrutus. Quemadmodum illud intelligitur decretum 7. q. 1. Præcipit sanctus Synodus, ut quicumque de pontificali dignitate ad monachorum vitam, & poenitentis descenderit, nequaquam ad pontificatū resurgat. Ad tertium demum respondetur, quod quemadmodum in naturalibus infirmitas efficit, ut potentia maneat suo usu orbata, ut caligans oculis, ita neque incongruum est, ut episcopalis potestas spirituale impedimentum maneat abusu colligata.

Ad 2m.

Ad 3m.

QVÆSTIO III.
DE EPISCOPORVM
residencia.
ARTICVLVS I.

Utrum episcopi in suis diocesisbus residere iure diuino teneantur.

Tertio loco libri pñtis quæstionē polliciti sumus hanc insignē, de residentia episcoporum, ac sacerdotum curā habentium animarum. Apparet enim diuino iure non esse in dicta. Ius enim hoc, illud præcise censetur, quod in euangelio, aut loco alterius. Testamenti, tanquā diuinum præceptum legitur, ut est præceptum baptismi. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, aut quod inde planè colligitur. Huiusmodi autem residentis præceptio non est huiusmodi, ergo nō est sanctio diuini iuris. Sequōdo: Solutio, de Iust. & Iu. M m m 4. 10

Primū arg. patet negatiue.

tro e commissi sunt ei ues regni celorum; illiq. soli dictum, ut uniuersum Christi gregem pasceret, ergo illi soli commissi sunt omnia rei huius, ac subinde pascendi modus. Ad modum autem pascendi attinet residentia, atq; adeo non est de iure diuino. Tertiū: Timotheus Ephesus eps crebrō Pauli iussu impulsus est per alias ecclesias diuagari diuinsq; propria abesse, ergo id non est de iure diuino. In contrarium autem est, quod episcopi sunt pastores, secundum illud euangelium: Pascite oues meas, pascere autem gregem, officium personale est, quod personā presentiam exposcit, ergo eodem euangelico iure tenentur suis ecclesijs residere.

Tertiū.

Questionem hanc temporum iniquitas celebrem fecit, nam eius affirmatio, si vel de solo pastoris nomine existimetur, adeo perspicaciter ueritatem suam oculis obijcit, ut in questionem euocari penitus renitatur. Quare apud antiquos, admonitam quidem, ut liber videre poteris, disputatam uero vix vspiam. At cum ecclesiastici mores de florido illo prisorum loco tam misere deciderint, eandem ueritatem eodumque in questionem reuocarunt, ut iam non sit persuasus facilis. At qui Caiet. loco presentis, scilicet 2. 2. q. 185. ueluti rem compertam breuibus absoluit tempore autem Tridentini concilij peregrinus frater Bartholomæus. Miranda necessitudine religionis, ac ibi tūc repositis societatis mihi coniunctissimus, eandem questionem tum plurimis sacrorum testimonijs, tum etiam rationibus adstruxit: idque ita locupletē ac disertē, quo l suum ingenium est, ac solertia, ut laborum alijs potuisset excusare, nisi R.

Caiet.

Cathar.

uerentis Catharinus Minorienfis ad cōtradictionem prodijisset. Haud itaquam negant quod in praesides residere teneantur, sed tamen a feneratione permissis, humano quidem iure hoc est pontificio, ad id obligari, non quāquam aut naturali, aut diuino. Ex quo inferre perrexit, curam illam soli Papae incumbere, ut illos residere faciat, ipsos autem non aliter teneri, quam ipsi se disposuerit, ego uero item cum homine contestari nolo. Est enim uis, alioqui quidem religiosus, attamen accerrimi ad contradicendum ingenij, cum quo mihi prius de certitudine gratiae, & po-

praedestinatione controuersia fuit. Quae de re, ut audiui (nam legi nunquam) imitatis me, quae sibi genuina sunt, & natia, & comatum figuris resperit. Et re uera si tū suis asseritis confirmandis insuadere, quantum huiusmodi innectendis conuictis assolere, felicitas suum celebrasset nomen. Sed putat simpliciter suis didis ueluti oraculis auscultandum. Et cum egerat quod oēs uellent esse magistri, nihil ipse ueretur omnino prodire magister. At uero non constitui, quia neque theologum neq. Christianum est mali pro malo reddere. Et agrius fero, q. eps similia de aliquo euomat, quam q. de me quicquam eo praesertim, q. neq. ea in me expuit mala, quae multa opus habeant ferendum longanimitatem. Rem ergo tū pro meo ingenio dilucidare fatago, non cum homine contendere. Igitur quō lineam aliquam omnibus confessam praestituamus, unde disputationem aspiciemus, conclusionem primū uniuersis literarum professoribus recepitissimam pragamus. Constantissimum est, ecclesiarū Praesules, imō & animarum oēs pastores usque ad paroccos inter suos greges residere teneri. Sed quod in questionem uertitur, est de iure ad id cogente, sit ne tū humana, an uero diuina sit, & naturale. Equis n. mente sanus in quaestione compellet, utrum ianitor, cui iura claudere di recludendiq. commissi est, ad ianum ea assistere debeat? Et cui nauis gubernatio incumbit, ad clauum sedere? Et uir dux in bello, dum geritur, & miles in acie debeant existeret? Qui uero nō modo humanae leges hoc de epis in q. traduci non sūnt, uerum & diuina, & naturalis demeritae nobis, certū est, adscribunt, q. ipsum intentamus. Etenim si Deus, ut ipse contrarii fatentur, q. a diffidari nequeant episcopalem dignitatē, quae late in ecclesia patet, instituit, nōne & officij ipsum pascendi instituit? Pascere aut, num naturale ius aperit clamare personale requirere praesertim ergo quō uis illis largiremus electiones iure tū humano fieri, nunquā inde obtinerēt, ut Papa mutare possit, quin officium pastoris sit iure diuino per se pascere, ac subinde residere. At ne dicēdi impens sine dispensationis, atq; economiae luce in uiscera nos disputatōis inferat, supposita prima fundamentali conuentione, q. in quō accerit.

SOTO
de iure
Legibus
Dicit
13

August. Debetur, est, quo iure hæc refidendi obligatio inuitam. Et primus articulus est de diuino. Debet autem sacrorum tractator, ut Primo de doctrina Christiana auctor est Augustin. documentum patris familias auscultans, de thesauro scripturarum proferre, primum noua, deinde uetera. Qua de causam perculiarem hic titulum fecimus, de diuino iure tam euangelico, quam antiquo, ex quo primum petendum est rei presentis fundamentum, & articulo proximo de naturali, ac tertio de humano. Tamen si adeo ista iuris spes sibi inuicem merite sit, adeoque se uicarie elucidet, ut testimonium sacra, nisi naturali statim ratione, & iure explicentur & confirmetur, debiliora uideri possint, & ideo necesse erit sepe numero permittam ab omni iure argumenta accerere. Ad horum autem percipiendam intelligentiam, meminisse ex lib. 1. & tertio, opus est, primum diuidis in naturale, & positium, deinde positium in diuinum, & humanum Ius. n. naturale est, quod nos ipsa natura docuit, ius autem positium quod uel ex hominum condictione, uel ex principis iussu legis habet uigo. Et quia summus princeps Deus est, fit, ut ius positium diuidatur in diuinum, & humanum. Quo fit consequens, ut minime repugnet alicuique esse de iure naturali simul, & diuino, ut patet in Decalogo, quem etsi Deus non scripsisset, natura nos ipsa docuit. Sed tamen quia Scripto Dei expressus est, cenletus et de iure diuino. Unde fit, ut distingatur ius diuinum in naturale, et positium, ut positium ut, quod nos Deus præter aut supra cognitionem naturæ docuit, ut sunt sacramentorum mandata Et de hoc genere diuini iuris loquimur in hoc articulo, nempe quod in sacra pagina scriptum est. Id quod bisariam coniungere potest, nempe aut quod expressis uerbis sit scriptum, ut, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Et quorum remiseritis peccata, remissa erunt. Et, quorum retinueritis, retenta. Aut quod ex uerbis scripturæ expressis plane colligitur. Et quidem quod sub hoc uerborum tenore expressum fit in euangelio, ut episcopi referantur, nemo affirmat, quia nusquam legitur Sed tamen quod uerbis æquipollentibus eandem prorsus habetibus significatione, id fit in eisdem sacris Bibliis assertum, hoc persuadere contendimus. Sit ergo secunda conclusio.

Obligatio Auuisti ad refidendum, omniumque pastorum parocchialium ecclesiarum, est de iure diuino. Et cum primis postquam D. Tho. interpretis agimus, sua est conclusio. **D. Tho.** presentis questione, quæ, exponenda in hic diximus, art. 5. Vbi ex testimonio Christi, quod bonus pastor animam suam teneatur pro ouibus suis ponere in se, ob nullum temporale periculum licere praesuli de sua ecclesia decedere. Materiam autem illius articuli, quæ nos huius quæstionis disputaturum sumus. An uidelicet alicui sine causa, quæ huiusmodi decessum excusatum faciant. Interim autem conclusio presentis affirmatiuus est demonstranda. Aiqui solet quidem ab officio pastoris in iudicio demonstrationis sumi, est tamen illud aliud petendum Episcopus namque non est propter quem ecclesia est constituta, sed ipse potius est propter ecclesiam institutus. Mundum quidem Deus **Prima ratio** fecit propter hominem, nempe ut ei esset **con-** subsidium uitæ, ipse autem non propter ipsum, **clasio-** sed creatus est tanquam eius dominus. Et **nis.** patres familias secularis diuitias suas domos propter suos successores amplificant. Ita que in eiusmodi familiis non persona propter domos, sed domos propter personas sunt extractæ. In rebus autem publicis diuerso modo se res habent. Regnum enim non est factum propter regem, sed rex propter regnum. Et in hoc, ut lib. primo dicebamus, rex differt a tyranno, quod ille omnibus ob publicum bonum uiuit, hic uero regno propter se abutitur. Multo id autem certius est in episcopis. Christus enim qui propter nos homines descendit de caelis, propter seipsum ecclesias fundauit, & propter ipsas, tum alios papores, tum præcipue episcopos. Nisi quod est discrimen duplex inter ciuilem ecclesiasticam rem publicam. Vnum scilicet ex parte finis, ex quo in modo ad ministrandi alterum dei iuuat. Finis namque proximus ciuilis reipublicæ, ut in secularibus adnotauimus, est pacificus tranquillitasque eius status, ut in supra celestem subinde referatur. Finis autem proximus ecclesiasticæ est sempiterna felicitas, ad quam nos Christus ecclesiæ fundator per suos ministros perducere expectat, & omnimode contendit. Alium autem discrimen est, quod seculares principes in modo sui regiminis effigiem habent dominorum, episcopis uero nullam per se ferre licet, li-



et ministrorū, atq. omnino seruentiū. Principes enim gentium ait Math. 20. dominatur eorū, & qui maiores sunt, potestatem exercente in eos. Non ita erit inter uos Sed quicumque uoluerit inter uos maior fieri, sit noster minister, & qui uoluerit inter uos primus esse, erit uelut seruus. Sicut filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Vnde Aug. super Itaiam, homil. 7. Qui uocatur ad episcopatum, non ad principatū uocatur, sed ad seruitium totius ecclesie, Ecce ergo episcopalis institutionis fundamentum, quod constitutissimū est esse de iure euangelico, & tēpe quod ut seruus quidquid est, domini est, sic episcopus quidquid est, sit ecclesie.

August.

Ep̄alis dignitas non est instituta, nisi ppter officiū.

Hinc consequitur episcopale dignitatem nō esse institutā, nisi propter officiū. Est enim dignitatis pastoralis officium, pascere. Ad quam ueritatem plenissime commendandam nunquam dignitas in sacra pagina, nisi officii nomine designatur. Nam ut conclusionem ab eo primū loco demonstrare ordinamur, qui est Ioan. 20. Pāce oues meas, ut pote quo episcopalis dignitas planissime declaratur, non ait Christus, Sis p̄sul aut ep̄scopus. Imo nec, sis pastor, nām & pastores locordes esse possunt & gregi indormientes. Sed pāce, hoc est doce, in situ atque a deo gubernā exemplo meo meas oues. Et ubi apostolos predicatum dimisit non dixit. Messis quidem multa est, si aut qui mi edū docti sunt, pauci, sed operari, nēpe qui ulu potestatem exercent. Nil enim refert, quā docti inā, aut facultate p̄tū sint sacerdotes, nisi munere suo fungantur. Misit ergo Deus non qui operari possent, sed qui operarentur. Similiter instituit Deus Aarō, Leuiti. 28. Applica. n. inquit, ad me Aaron & filios ei. Nō ait ut sacerdotes mihi sint, sed ut sacerdotio fundatur mihi, & ut supra in Paulo adhorauimus. Qui episcoporū, inquit, desiderat, bonū opus desiderat, id est si legitimū est eius desiderū nō ad dignitatem, sed ad op̄ referendū est. Quare illico subiunxit. Oportet ep̄m doctorem esse, quo nēpe nō designat habere, sed facultas, & dignitas, sed uisus, hoc est oportet docere. Vnde ad Paulinū supra citat. Aug. & referunt. 8. q. 1. can. q̄. ep̄atum. Exponere, inquit, uoluit apostolus quid ep̄ ep̄atus, quia nomen est operis non honoris. Et ad Honoratum. Hieron. Qui ep̄scopatum desiderat, opus desiderat, hoc est, non dignitatem aut delicias, sed opus & laborem. Ex hoc secundo, ut per gradus descendamus tertium colligitur, nēpe decimas & primitias, ut lib. 3. late demonstrauimus, & sarpissime repetimus, nō esse in hoc populo imperatas, ut sine bonorū p̄mia, eo quod uel boni, uel docti sunt. Sed in hoc potius, ut bene ecclesie p̄sent, ut ait Paulus, & inferunt. Haud. n. me pigebit hoc inculcatis simo repetere quod ad id penitus attinget, q̄ si hoc ecclesiasticum seruitium Christianis nō fuisset necessarium, nulla fuisset a Christo habita persona un. q. q. 1. neque sunt, ratio, q̄ tum ad decimatum in positionem. Haud ergo arbitrantur, uel nobilissimi, uel doctissimi si biulla rōne de beri ecclesiastica stipe dia, neq. eorum gr̄a fuisse instituta, sed eo potius, q̄ ad ecclesiarū obsequia. Dñs i. his plonis q̄ hē. Requisito, ne sin mortuus, q. q. 1. q. 6. artic. 1 in huius demonstratione attulimus. Et enim Num. 18. non alia deā Deus decimas legitur instituisse, quam pro ministerio quo Leuitic, ac postea sacerdos tabernaculo seruebant. Et cū Christus apostolos dimisit, ut mercedem esse uoluit, qui pro operis dignitate mercede sua. Et Pau. ad Corin. 9. Paulus nām naturaliam exempla ad hoc positum congerit. Ut de milite, qui non militat suis stipendiis, & de murrante boue. &c. Et primē ad Timote. 1. thebyteros non cenfer p̄mio ecclesiastico dignos, quia boni sunt, sed q̄ bene p̄sunt. Et si ius consulat canonicū, Innoc. III. Ita cum s̄m apostolum. de p̄b. eff. de usus facis oraculis idē prius constituit, q̄ stipendia ecclesiastica. atq. ad eo dignitates solū p̄ opus cōferuntur, ac tū de c. si. de rescipit. beneficiū asseritur nō dari, nisi p̄ officiū Cōia sunt hęc, sed in p̄sentia: um ēi usq. ad nāscam repe dā. Ex his ergo colligit nostra conclusio. In laione illa, q̄ paulo ante instituitur. Christus nō alia potius rōne, quā p̄ carū obsequia, a. q. administrationes pastores instituit, quorum subinde officiū proprium esse uoluit pascere. & in huius usū mercedē, & stipēdia populo imperatē sūt.

SOTO
de iure
Legibus,
DIT
13

decim; ergo quæm est ex rei natura diuinaque institutionis, ipis per se incūbit gregem pascere. Hoc autem absque personali presentia fieri non potest, ergo resistentia est de iure diuino, nam quo quique iure obligatur ad finem, obligatur ad medium, sine quo nequit illum commode attingere. Primum antecedens nemo est qui neget, sed primam consequentiam infirmari moluntur aduersarij. Quoniam inquit Papa episcopos creat, illi ergo incumbit disponere, vt per se, vel alios pascere debeant. Quod autem cauillus hic nullum præ se ferat, uel probabilitatis colore, palam ex superioribus colligitur. Primum enim iam satis constitutum est, creationem episcopi, licet fiat per Pontificem, nihilominus iure diuino fieri, quippe cum institutio Dei sit, per ipsumque fieri iussa, perinde atque sacramentorum administratio. Sed de nomine nos angat disputatio, esto Papa immediate, vt aiunt, electionem facit, num consequens subinde sit, vt naturam, quam dignitas a Deo instituta proprio significato declarat, possit Papa mutare? Vnde rogo duarum rerum consequentia, quæ tam sunt disparatæ? Nunquid dum Papa episcopum eligit & coniecrat, efficitur pastor, ut non sit pastor, magis quam cum sacerdotem iniurat efficitur, ut non sit sacerdos? Potestne inquam efficeret, vt functio episcopi non sit i sacramenta ordinum administrare, populumque docere, ac moribus instituere, & quod nomen eius sonat, gregi inuigilare? Quisnam hoc, uel fieri queat, cum hæc omnia episcopali muneris sint diuino iure annexa, quin uero ipsissima eodē iure sint dignitatis substantia. Profecto si Dei institutio eadem uim habeat, quæ natura per ipsum instituta, plane fit ut sicuti qui morum seuit, efficitur nō potest, ut prunus inde, aut alia arbor germinetur quam morus, ita neque qui episcopum facit, efficitur potest, ut eius natura diuinitas instituta non sit per se pascere. Haud enim modo disputamus an ulla de causa efficitur iuste possit, ut ipse per se non pascat, sed per alium. De hoc n. alia nos disputatio manet, sed rei tantum naturam constituimus, docentes, ut quemadmodū qui scamnum fabricat, aut arcem, efficitur non potest, quin figuram habeat scamni, aut arcis, aut qui facit calceum, efficitur

non potest, quin rem faciat formam habentem pedis, ita qui facit epum, quæ res diuinitus instituta est, efficitur nō potest quin eodem iure, quo est instituta, officium habeat, atque adeo obligationem per se ipsum pascendi, ac subinde res dedit quidquid postea foris secus accidere possit. Et eadem ne nobis pastoris homonymia & æquiuocatio negotium amodo facessat, intelligere epus debet pastorem esse secundum propriam nominis notionem, & nō secundum illam abusiuam, qua gregū domini pastores dicuntur. Solent n. & pastores nuncupari pecudum, armentorumque domini, eo quod sua substantia, & peculium pecorarium sit quemadmodum rogati filij Iacob a Pharaone, quid haberent operis, responderunt. Pastores sumus, puta hæc est nostra diuitiarum possessio. Et isti per se nullam exercent ouilis curam, nisi per suos famulos, sed duntaxat uellere, calesco scæuraque fruentes, delicate ac molli ter uitam degunt. Et si autem non sunt sic instituti pastores gregis Christi, sed prorsus uelut ministri, qui gregum uigilias pferre tenentur, & per prata scripturæ gregem deducere, eiusque fontibus potare, atque oleo scabiem inungere, eiusque lupi cauere & quidquid illo pacto nocere poterit. Neque. n. est, quod huic sanctæ ueritatē quis obmoliat, soli Petro dictum esse, Pasce in hoc. n. uerbo aliquid est singulare Petro dictum, aliud uero cunctis presulibus generale. Singulare inquam, ut tamquam uniuersalis pastor suo gradu, & ordine uniuersum gregem pasceret non quidem uniuersis assistendo ecclesijs, sed suis constitutionibus, & fidei, ac morum suis uniuersos illustrando & instituendo, dignosque adeo ministros cuiusque ecclesiæ adscribendo. Generaliter autem explicata est episcopalis functio, quæ in Apostolis & in ipso per ipsissimam Christum ecclesiæ institutorum constituta est, ut. scilicet cum primum unusquisque crearetur, iustum ab eodem Christo putaret, ut similiter suum peculiarem gregem pascere. Ait quippe Aug. c. 13. in lib. de pasto. ob id Petro singulariter Christum, id quod oibus erat cōe, iussisse, ut unitatem cōmendarer. Multi. n. erant, inquit, apostoli, & uni dicitur. Pasce oues meas. Hactenus ille. Ac si dixisset. In uno cunctis potestatem dedit. In uno cunctis generalem regendi formam.

Solutio
Replicæ

Epus pastor est secundum propriam nominis notionem.

Solō ratiōne obiectio.

Illustratio
an
plius cō
clusio.

expressit, atque adeo in uno cunctis idem iussit. Et Ambr. in Pastora. Nobis, inquit, in verbis diuinis credita est dispensatio, gregemque Christiani alendum suscepimus. In verbis inquit diuinis. Alludens ad ista Petri dicta. Et infra: repetitum est a domino tertio: Pasce oues meas. Quas oues, & gregem non solum tunc beatus suscepit Petrus, sed nobiscum illas suscepit: & cum illo nos suscepimus oēs. Iussit Dñs Petro pasce oues, per quē ad reliquos oēs potestas, & auctoritate pasceendi manat a Deo. Hec ille: Ex his ergo fit consequens, per ueram esse calumniosamque interpretationem, ut uox illa consecratoris; Vade prædica populo tibi commissio: perinde intelligatur ac si solus sit Papæ. Est enim illius tanquam organi Dei, atq; adeo expressio & quasi repetitio uerbi ipsius Christi, pasce oues meas. Quo plane alludit Paul. Act. 20. dicens. Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo uos Spiritus Sanctus posuit episcopos, &c. Hand. n. ad uersariorum gl' uilius est pretij, quā. sicut propterea tantum dixisse; Spiritus sanctus posuit, q̄ ecclesia etiam quo ad ius posituum eius suū gubernatur: Nam 1. ad Cor. 7. distinguit inter ea quæ Deus præcepit & quæ ipse, & hic propria actione, & iussum Dei designat. Non n. ait se illos posuisse sed Deum. At uero quo res etiam patentior fiat, explicare paulo amplius opus est spiritualis pastoris officij, dictum. n. iam supra reliquimus, esse spiritualis ouium uitæ impensissimam curam gerere. Quæ quidem cura tripartita est, ut delicta ut ep̄s sacramentis plebē in uita sp̄sualis generet, & nutriat, atque adeo prædicatione foueat, & prudentia gubernet. Quæ sub alijs nominibus S. Th. expressit, puta instituere, defendere, & gubernare. Nomine aut sacramentorum, & sacralia quadam intelliguntur, quæ quidem can. quamuis. dist. 68. Leo Papa recenset. Incubatio. n. eis presbyterorum, ac diaconorū, ceterorumq; ministrorū, altaris, & uirginū consecratio. Mox constitutio altaris, & benedictio & unctio, atq; adeo omniū uasorū, indumentorumque ad idem altare pertinentiū, ac denique baptizatos Chrisma te confirmare. Omnium aut maxime propriū eius munus est prædicare: hoc est nō de suggesto modo, sed & peculiariter et facta oraculo interpretari, & de ambiguita

ribus respōsa dare. Vnde super illud Paul. ad ephē. 4. Alios pastores, & doctores, ad notauit Hier. consulto non dixisse alios pastores, atque alios doctores, sicut dixerat alios apostolos & alios prophetas, sed alios pastores & doctores. I. quod idē est in ecclesia pastor, qui & doctor. Idemque Aug. in ep̄st. 38. Paulino sciscitanti, quo pastores a doctoribus differant, ridet, ut delictet nullo differre discrimine, quod eodem apostolico uerbo confirmat. Tertium demum eiusdem muneris membrū est gubernatio, quibus non infimē ad iungitur pauperum, viduarum, ac pupillarum cura. Hæc autem expressus, tum Gregorius libr. priori Pastor. tum etiam alij Greg. sancti patres per Ezech. prophetam explicari uolunt cap. 34. ubi ait Dominus. Fili hominis propheta de pastoribus Israel, qui pascebant se metiplos. Nōne greges a pastoribus pascentur? Lac comedent, & batis, lanis operiebamini. His. n. duobus cuncta designantur, quæ ad victum, ueluti ratiō tumque spectant. Quæ quidem ad sustinendam rationem ep̄scopis populū suppeditat. Sed ad designandam eorum luxuriam sub additur: Quod crassum est, occidebatis: ubi summa iniquitas pastoris insinuat. Quæ n. officium eius sit gregē doctrinæ ac morū pinguedine saginare, & pinguefacere eius potius substantia ipsi curat pinguescere. Et gregem meum nō pascebatis. Quid autem sit pascere, explicare profertur, dicens. Quod infirmum est, non consolidatis; quod agrotum non sanatis, quod contractum non alligatis, quod obiectū est, non reduxistis, & q̄ perierat, non quefistis. Hic autem primum omnium animaduertendum est, oracula antiquæ legis nō eandem prorsus energiam ad rem presentem habere, q̄ testimonia nouæ. Et enim sacerdotium nostrum longe ab illo differens, ac perinde sublimius existit, quā quo illiungebatur. Nā cum illorū sacra nullā cōferrent gratificantē grām (nil de illa loquit, q̄ sub signo cunctationis conferebat) neq; clauū illi potestatis habebat ad remittenda peccata, neq; subinde curā ut nostri sacerdotes, gerebant aliarū, quæ potissimum est fundamentū, ut nostri prelati residere teneantur. Petuntur aut inde ad propositum argumenta, ut ratione figuræ, in qua, ut ait Paul. oīa contingebant illis, nepe q̄ illud sacerdotiū prælagū erat nostrū.

SOTO
de Iure
Legibus
DIE
13

noſtri. Tum etiam per modum exempli, nam ſi illis tanto viuo tribuebatur, quod curam non gererent gregis, & in excubijs templi perpetuo eſſe cogebantur. Inſum enim legitur Nu. i. 6. Aaron filijque eius ac Leuitis, excubare in cuſtodia ſanctuarij, multo efficacius conuincitur paſtores noſtros animarum cuſtodes, debere ſemper præſentes gregi proſpicere. Quamuis vt ad præſentem locum Ezech. reuertamur, non ſolum ſacerdotes illic, paſtorum nomine denotantur, ſed & omnes iudices & gubernatores populi, rametſi iam tunc temporis, gubernationis ſceptrum penes ſacerdotes eſſet. Affabre ergo Propheta ſi- la quinq; oratione paſtoris munus delineat, quantum ad ea ſaltem, quæ in grege medenda ſunt. Quinq; enim incommodis Chriſtianus grex periclitari conſuevit. Primum eſt in fide, quæ totius Chriſtianæ vitæ fundamentum eſt, nam ſine fide impoſſibile eſt Deo placere.

Expédi- tur loc⁹ ſtatus.

Paulus.

Primum autem detrimentum fidei eſt, languor & imbecillitas, quando ſcilicet homo propter magnitudinem credendorū nutabundus vacillat. Quare Paul. ad Rom. 4. laudi tribuit Abiahæ, quod nō fuit infirmatus in fide. Et ad Rom. 14. Infirmum in fide aſſumite (ideſt) ne eod dat ſuſtē- tate. Hæc ergo Antiltis, qui doctor eſt fidei, prima functio eſt, nempe vt fidei ſerupulos mentibus gregis eximat dubia ſcilicet explicando, ac ſubinde animos affirmā & conſolidando vt intellectum quemadmodum ait Paul. captiuent in obſequium fidei Aegritudo autem ad mores attinet, cum quis corruptis affectibus infectus eſt. Etiam, vt intellectus ſerupulis fidei infirmatur, ſic & appetitus, affectuum tumultu ægrotat. Quare ſicut illud doctrinæ luce eſt conſolidandum, ita & hoc ſalutaribus monitis ſanandum. Contraſtatio vero iam ad diſcordiam inter fratres attinet, videlicet cum populus aut varijs opinionibus, aut litibus & iurgijs inter ſe diſſidet. Tunc enim ligamine pacis atque vnitatis conſiderandus eſt amicitiaque conglutinādus. Ex hic enim facturis, niſi in tempore colligantur, hæreſes ſolent inſumere. Quod re uera uecordia & inertia præſulum, ac potiffimum abſentia a ſuis eccleſijs creberime accidere, præſentia tempora documento nobis ſunt. Quocirca id quod ſubditur, abiectum, ad manifeſtatum hæreſim

& apoſtaſiam referitur. Diffenſio enim populi, ſeminarium eſt hæreſim, per quas ab eccleſia exitur, & vſque ad huius etiam me- dicamina prælati cura protenditur, vt ſaltem vna atque altera monitione, vt docet Pau. enitendum ei ſit abiectos in eccleſiam reducere. Concludit demum. Et quod perierat non queſiſtis, exemplo illius, qui de celo quaſitum venerat quod perierat. Perit artem homo per quodcunq; mortale delictum, inſigniter vero per obſtinationē. Sed neque il o proſum deſperandum eſt quin, omnis adeatur querendi ipſum via. At qui effectus porro iſti, gratiæ Dei cuius- ſingulari ſaui referuntur accepti. Attamen quia ipſe cuiusmodi gratiam miniſterio ſacerdotum nobis ſuppeditat, ſit, vt propter eorum negligentiam vſu veniat, vt populus eadem gratia priuetur. Id q̄ protin⁹ ibidem Deus aperte admonet, dicens. Et diſperſe ſunt oues meæ, eo quod nō eſſet paſtor, & facte ſunt in deuorationem omnijs beſtiarum agri, hoc eſt, ab omnibus vitijjs peſſundate ſunt, omnique errore conculcate. Qua de cauſa ſtatim comminatur paſtoribus. Requiram gregem de manibus eorum. Hac eadem n rōne ait, ad Hebr. vlt. Paul. prepoſitos ſic debere ſuper grege inuigilare, quaſi rationem pro eius aſibus ſint reddituri. Porro ergo niſi hæc epi muneræ & officia tam eſſent obliuione ſepulta nemo eſſet, arbitror, qui vel heſitare poſſet tenerentur ne iure diuino epi per ſe illa præſtare, ac perinde in ſuis diſceſibus reſidere. Etenim non ſolum publica concione, ſi ſuum bene noſcunt inſtitutum, hæc perſe- re debent, verum priuatis uiſitationibus, exhortationibus, re creationibus, conciliſ- que adeo & conſolationibus, imo non ver- bo tantum verum exemplo, ac denique re ipſa iuuando, nempe egentium cauſas negotio etiā tuendo & eleemoſynis adiuuan- do. Ecce ſacerdotis officium qua parte det nocumenta gregi cauere. At vero qua parte ipſum ad perfectum promouere tenet, alius eius prominet functio. Hac quippe ratione appellat eos i ſuis antecelſorib. Chri- ſtus lucē mundi. Vide quāta largitate ſua ipſius noīa illis impartitur, vt ſi in officio nō perſtiterit, eos peius iniudicij pudfaciat. Quin vero, vt ſupra diximus Pius Papa, c. oues. 6 q. 1. veluti oculos Deum illos inſti- tuiſſe ait, ſive per quos Deus ipſe gregi ſuo pa- uidet, ſive per quos populus que diuina ſunt

Paulus.

Pastores ecce lux mundi.

Pies Pa- uis pa-

sunt

Pastor
ecclesia
civitas
sup. mō
tem po-
sita.
Idē sal
terra.

Secūsus
locus p
conclu-
sione.
Refellit
quorun-
dā inter-
pretatio

sunt suscipit. Appellat etiam illos civitate
supra montem positam, quia non solū do-
ctrinae lumine de candēlabro lucere debēt,
verum pro eminenti vitae exemplo in con-
spectu populi, & veluti sal terrae mores cō-
dire. Perpende, an eiusmodi officia absen-
tes exhibere, vt decet, valeant. Quin age, vt
cuncta complectamur episcopi in ea perfe-
ctionis sublimitate esse debēt, vt perfeccionem
non discant, sed quemadmodum in
sua consecratione admonentur, omnino
doceant. Quid demum perfeccionem doceant
? seu Christi ministri ecclesiam suam
sic expurgent, sic promoueant, sic itaque
exornent, vt sine macula, vt Christi spon-
sam decet, Deo patri offerant. Ecce primū
locum euangelicum. Pasce oues meas. Se-
cundus locus ex quo veritas praesentis con-
clusionis elicitur extat Ioan. 10. vbi Chri-
stus naturam boni pastoris sub hac verbo-
rum exaggeratione commendat. Ego sum
pastor bonus. Bonus pastor animam suam
dat pro ouibus suis, mercenarius autem fu-
git. Intelligere autem nequeo quauis fide
te deludere hunc possit locum, dicens non
intelligendum esse generaliter de pastorū
vniuersitate, quippe quod Christus de seip-
so particulariter, vt aiunt, id asseruit. Haud
enim opus est sanctos huc interpretes com-
pellere, qui hunc sensum recutiant. Praestat
namque semper scripturam sacram, vbi id
fieri possit, ex suis ipsius verbis elucidare.
Perpende ergo verborū contextum. Ego
sum pastor bonus ecce asserionem. Haud
vero satis duxit simplicitate id asserere, sed
demonstrare pertexit. Quomodo autem
demonstrauit. Quia bonus pastor animā
suam pro ouibus suis dat. Hoc ergo non de
se peculiariter & proprie asserunt, alias id
quod dixerat per idem ipsum probasset,
nempe ego sum pastor bonus, quia ego ip-
se pastor bonus animam pro ouibus meis
pono. Per illam ergo probatoriam propo-
sitionem, naturam ingenuamque & substā-
tiam boni pastoris definitione patefecit,
nempe vt sic colligeret. Ille priorius qui ani-
mam suam dat pro ouibus suis, bonus est
pastor, ego autem animam meam, hoc est
vitam do pro ouibus meis, ergo ego sum
bonus pastor. Generalem ergo regula p-
fixit, per quam bonus pastor ab iis, qui nō
sunt boni, discernendi sunt. Vnde Gregor.
in homilia. Eius, inquit, bonitatis formam
quam nos imitemur, adiunxit, dicens, Bo-

nus pastor animam suam pro ouibus suis
ponit. Fecit quod monuit, ostendit quod ius-
tus, &c. Et Aug. de verbis Dñi, ser. 1. Pastor
bonus, Christus. Quid Petrus? nōne bonus
pastor? nam & animam suam pro ouibus
suis posuit, quid Paulus? quid ceteri Apo-
stoli? &c. Itaque si attente verba respicias,
nō tantum Christus exemplum seip-
sere oculis nostris voluit, qđ imitaremur,
secundum illud. Ioan. in hoc cognouimus
charitatem Dei quoniam ille pro omnib.
animam suam posuit & nos debemus pro
fratribus nostris ponere. Et sicut ait ad Ho-
norat. Aug. qđ instante persecutione episco-
pus non potest fugere, quia exemplo Do-
mini tenetur bonus pastor animam ponere
pro ouibus suis. Hoc enim quodam mo-
do possent aduersarij cauillari, dicens, qđ
licet Christus de se peculiariter id diceret,
po sicut nihilominus de se imitandum ex-
emplum. Sed in super affirmamus quod illa re-
gula & definitio per quam se pro-
bavit esse bonum pastorem, quam adco-
licet ipse per impossibile non seruasset, te-
nerentur vniuersi pastores iure diuino &
naturali seruare. Agedum idem ex subse-
quētib. verbis corroboremus. Subdit enī Mer-
cenarius autem & qui non est pastor, ou-
is non sunt oues propriae, vt dicit lupum ve-
nientem, & dimittit oues, & fugit. Quomo-
do rogo illic vsurpauit mercenarij nomē,
vt iure peculiat riter pro aliquo? Reuera nō
nisi generaliter ergo eodem modo accep-
tat vocem boni pastoris. Alias non ereg-
ne apponeret illi mercenarium. Vtrūque
ergo naturam amborum oppositio ex-
plicuit. Nisi admittere absurde malis, quod
naturam explicuerit mali pastoris, non na-
turam boni. Neque contentus fuit id simpli-
ci et enunciare, sed naturam subiunxit, cui
satis. Mercenarius enim inquit fugit, quia
mercenarius est, cuius non sunt oues pro-
priae, & ideo ad eum de ouibus non perti-
nent, quia non sunt inquit, eius propriae vt
pote qđ cum ei non sint a Christo commē-
datae, ut vt eas non diligit, nimirum ea di-
lectione qua ex Petro requisit, an se pra-
ceteris diligeret. Sed & urgentissimū pra-
terea argm. qđ hoc Dñs ac redemptor nos-
ter non de se tm proprie, verū tanquā cō-
ditis qui legitimi sunt epi necessarii conu-
tauerit, est, quod ex hoc loco sancti omnes
& Doctores colligunt (vt art. 4. videbimus)
teneri epm dum necessitas gregi suo in-
gruetit.

SOTO
de iure
Legibus
Dicit
13

grauerit, vitam exponere antequam inde
 recedat. Quam quidem veritatem cum ip-
 si aduersari negare profecto non aude-
 rent, inde debent colligere residentiam
 esse de iure diuino; idque adeo ex hoc lo-
 co inferri, alias ecclesia non cum tanto pe-
 riculo eos resistere constringeret. Ad de-
 hoc illis pressius. Hic ergo pedem sistere
 cuperem si pro rei dignitate mihi facultas
 ad persuadendum suppeteret, rogareq; co-
 lendissimos episcopos, expenderent, vitru
 potuerit Christus significantius rem ape-
 rire, vehementiusq; ipsos ne mercenariis
 suos greges confiderent dehortari. Quo-
 modo enim diligere aīas vsq; ad sāguinis
 effusione p̄nt, quas vt proprias nō hnt? &
 nisi ita charas in Domino habeant, quo-
 modo possunt eis legitime p̄ospicere? A-
 bunde se namq; mercenarij fecisse arbitra-
 tur, quando pro ratione stipendij, quod re-
 cipiunt audiendis litibus, horas aliquot in-
 sumunt. Prosequitur autem Christus ean-
 dem boni pastoris naturam etiam annū pa-
 refacere. Ego inquit, sum pastor bonus, &
 cognosco oves meas, & cognoscit me
 mea. Haud ergo locus iam vilis fit reli-
 quus despectū, vt quis dicat de se proprie
 Christum loqui. Imo eandem demonstra-
 tionem insinuat, nempe ob id, quod inge-
 nium, fides & cura boni pastoris sit vt mu-
 tuo se de facie & voce ipse & oves cognos-
 cant, se, in quem hęc cōpetūt, bonum esse
 se pastorem. vbi Theophylactus, Hoc lo-
 co, inquit, agnosco differentiam pastoris &
 mercenarij. Nam mercenarius quidē ne-
 scit oves, quod contingit, quia non sepe il-
 las inuisit, &c. Qui enim per Dei dilectio-
 nem non sibi ecclesiam despondit, nō pōt
 eius conspectu & familiaritate magnopere
 se oblectare, praterquam q̄ neq; officia
 pastoris gregi p̄stabit, nisi cuiusq; ouis
 faciem & balatum nouerit, vt non per re-
 lanonem aut per alium, sed de vultu, ge-
 stu, & voce animi morbum deprehendat.
 Neq; vero grex eum vicissim satis dilige-
 re, eiusq; tum exēplum imitari, tum & au-
 scultare mādatis valet, nisi de vultu & ser-
 mone eum agnoscat. Quocirca hoc quod
 isti dicūt Christum de se proprie affirma-
 re, quam sit falsum inde cōstat, q̄ fortasse
 ad illud prouerbum Salomonis alludit,
 quod ipse tum p̄ p̄riscos pastores, tū in
 nostrorum figurā illius ore iam pridē pro-
 tulerat. Ait n. ille Prouer. 27. Diligentur

cognosce vultum peccoris tui, tuosq; gre-
 ges considera, non enim habebis iugiter
 potestatem, sed corona tribuentur tibi in
 generatione & generationē. Vbi Hebraice
 habetur, cognoscendo cognosces seu e-
 uidenter agnosce faciem peccoris tui, & vt
 dicitur facie ad faciem, & pone cor tuum
 ad greges. Vbi non adeo ad rem accom-
 mode quidam comminiscuntur, verbo il-
 lo appone, allusionem fieri ad illud Chris-
 sti, Bonus pastor animam suam ponet.
 Nam praterquam quod verbum euāgeli-
 cum nō significat nisi, dat, manifesta est re-
 rum discrepantia, nam verbum Salom. ad
 internā curam & sollicitudinē quā pastor
 habere debet erga gregē, refertur, vt. i. cor
 impensissime habeat ad singulariū ouium
 necessitatē attentum, Vox autē Christi ad
 testin. onū amoris vt. i. si opus fuerit mor-
 tem eius gratiā oppetat. Nā si cura bruti-
 gregis illa mutua m̄ agnitionem exposcit,
 quanto magis studium quod erga Christia-
 nam familiam impendendum est, sane cū
 quot sunt subditj, tot sint & morborū ge-
 nera. Alius. n. consolatione indiget, alius
 consilio, alius reprehensione, alius deniq;
 alio elemosynæ subsidio. Quæpe, p̄nus
 in initio eiusdem. c. Ioan. vbi te Christus
 ostium esse ouium dicere adornabat. Qui
 nō ingt, intrat per ostium, sed aliunde, sur-
 est & latrō, qui autem intrat per ostium,
 pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, &
 oves vocem eius audiūt, & proprias oves
 uocat nominatim, & educit eas, & cū pro-
 prias oves emisserit, ante eas vadit, & oves
 illum sequuntur, quia sciunt vocem eius.
 Vide quomodo lex boni pastoris nō tan-
 tum in hoc consistat, q̄ quis ad dignitatē
 secundum Christi leges acceda, verum &
 q̄ eius exemplo eandem adminitret, nem-
 pe cognoscēdo oves singulas de nomine,
 easq; exemplo vite antecēdo, quod ipse
 se sequantur. Id quod ab/entes quoniam
 pacto præstare perficereq; possint, ipsi ui-
 detint. Vnde sequit. Alienum autem non
 sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia nō no-
 uerunt vocem alienorū. Vbi alieni appella-
 tionem non solum eos, qui non legitime
 ingressi sunt censet, imo & qui legitime
 rem administrāt. s. tā mercenarios, quam
 eos qui illa quæ premiserat, non seruant.
 Et quidem Apostoli nō cognouerunt qd
 loqueretur eis. s. mysterium fidei ipsius
 per quā solam ingressi erant quorū

Prouer.

Confir-
 matio.

Theo-
 phyla-
 ctus.

vtiis

veris pascuis essent potituri: quia non est aliud nomen sub sole, in quo possint homines salui fieri. Nobis autem, qui illud iam certo per eandem fidem cognoscimus aliud restat constantissima fide tenere nempe quod qui ab ipso instituti sunt pastores, eius instar necesse habent munere suo perfrui. Vnde Damasus Papa in aurea sua epistola 4. vbi de depellendis chorepiscopis loquitur, hoc Christi testimonio vehementer inuehitur in episcopos, qui alienis suas plebes educandas concedunt, cum Christus bonum pastorem asserat vitam pro ouili suo ponere, mercenarium autem ingruente lupo oues defendere. Sed de hac epistola statim art. proximi. Habeant ergo aduersarii, & contra se arguant: Quidquid homo per suos administratos facit, per seipsum censetur efficere, ergo cum episcopus vicarium ecclesie sue deleget, residere non tenetur, sed pro sua satisfaciat obligatione. Videant autem homini argumentatores, quanta eos responsa persequantur. Primum omnium, ut supra diximus, hic non disputamus, an causa possit aliqua intercedere propter quam dispensari cum episcopos absentibus queat, de quo artic. 4. repetendus est sermo, sed rei naturam constituiimus, & ea quae diuina lege episcopo iussa sunt. In primis ergo si factum spectemus, absentes episcopi non sibi vicarium ad omnia sua munera substituant, sed eum tantum, qui ad lites audientias sedeat, quod re vera non est precipuum. Et praeterea visitatorem, qui dice sim circumuolet, cum neque ista in ipso rum absentia fieri possint commodè, neque alia villo modo, ad quae precipue tenentur. Potissima enim pars spiritalis pastoris, ut in concilio Carthagi. 4. licet breuioribus verbis admonetur, nempe cui aiarum longè maior cura incumbit, quam temporalium, in hoc posita est ut lites, quae sine iudiciorum strepitu definiti possunt, componere satagat, pacareque & extinguere procuret, ut tempus secundum Christi mandatum redimat, quod oues in Christianis exercitijs collocent. Quod quidem nemo sine episcopi auctoritate & gravitate & amore quo gregem prosequi tenetur, atque adeo sine eius praesentia perficere valet.

Item neque visitationis longissima experientia testatur, per alium quam per seipsum fieri casu posse. Haud enim criminibus so-

la pecuniarum multa aut excoicatione n e medendum est, sed profecto verbo nunc placido, nunc acerbo, ac alijs demum adhibitis remedijs, quorum visitatores, quia mercenarij sunt nulla tangit cura. Adde, quod eleemosinae quae inter episcopos operas tam altum locum tenent, oportet. n. episcoporum, ut ait Paul. esse hospitale nisi per plentes Antistites fieri nequeat commodè. Conspicuum namque pauperum, ege norumque clamor viscera commouens, vel eleemosinam exprimit, vel aliam saltem consolationem, qua suam possit miseriam leuare. Huc enim illa spectant, quae modo circa verbum Christi tractabamus nimium quanti referat vultum pecoris visitatorem agnoscere, & vocem audiri. Sed ais, quid si episcopus haec omnia atque alia per alium rectè dispense? Accidere enim potest, ut alij efficaciores sint praedicatoribus ipso episcopo, atque alij ad alia munera doctiores & aptiores, quos cum successerit, munus suum expleuit, ut absens ecclesiae suae vine re possit. Huius autem vna responsio est, esse impossibile Aliter praecipue notanda, quod epi vicarij non sunt perinde constituti ac si sint futuri praesules, sed quasi praesulium adiutores. Et ideo non per hoc excusant eorum residentia. Debet enim vicarij esse solum membra in corpore, ipse vero sicut animus. Christus. n. non eos ut operarios constituit, sed ut operarios misit. Et Paul. non ait oportere episcopum esse doctorem, sed tutorem, sed esse doctorem, & ad Tit. Solicite, inquit, cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operari in confusibilem, rectè tractantem verba veritatis. Vbi confessione cum Antistite aspergit, quod operarius non est. Et alibi admonet, ut qui non operatur, nec manducet. In summa, non vident isti qui munus eorum in hoc collocat, ut bonos sibi habeant subrogatos ministros, quoniam admodum leges vniuersas electionis episcoporum & pastorum de medio tollant. Quid. n. opus est tantam sollicitudinem & vigilantiam adhibere ad digniorè eligendum, quantam iura omnia clamant, si istis episcopo est alios ecclesiae suae ministros delegare. Ergo si iura illa certa ratione constituta sunt, planè colligitur personalem industriam in episcopo eligi, atque adeo praeter se residendo teneri munia sua explet. Quare non est cur nobis Valerij obijciant, qui Augustinum sibi substituit. Id enim fecit

Damas.

Obic. tio ad uersarium.

Solutio.

SOTO
de Iustitia
& Iure
Dicitur
13

fecit ingrauescente iam ætate, quando vi-
 res sibi nõ suppetebat. Immo nec tunc cre-
 dendus est sic cessasse, quin id quod pos-
 set, efficeret: Imò hinc sumitur argumen-
 tum, quam sit necessaria presentia perso-
 næ. Hac enim de causa Petrus Apostolo
 vt Theodoretus refert in lib de 70. disci-
 pulis: & antiquissimus Epiphanius tom.
 2. cap. 26. nempe quia illi necesse erat tan-
 quam Apostolo per alias ecclesias diua-
 gari, subiticiis sibi episcopum Romanum:
 non qui esset Papa, sed qui sibi esset au-
 xiliaris vicarius. Ad eorum ergo argumē-
 tationem respondetur, quod est unicuique
 liberum sit de suis proprijs bonis, vt li-
 buerit, per famulum disponere, in quocum-
 que quod quis per alium facit, ipse facere
 censetur: in publicis tamen administra-
 tionibus longè res secus habent. Publici
 enim magistratus, atque illi potissimum
 quibus ob personalem functionem iusta
 & ipendia decreta sunt, nõ ad iustum per
 vicarios administrantur. Equis enim in
 consulem, aut prætorem, aut ducem, crea-
 tur, vt per alium rem administraret? Imò
 verò in rebus priuatis quis oconomum,
 picecnam imò vel coquam, vel quod
 rei magis aridet, nauclerum, vel certè
 aurigam conduxit, qui non munus eius-
 dem personæ requirit? Quod si magistra-
 tus alij hanc habent residendi naturam,
 quis non videat episcopatum, qui anima-
 bus prospiciendis, quas Deus, & ad suum
 ipsius consortium condidit, & proprio vi-
 tæ dispendio redemit, primum huius le-
 gis obtinere locum? vnde Paulus 2. ad
 Corinth. 9. Vx mihi si non euangelizau-
 ero: necessitas mihi incumbit. Sed vide
 quomodo aduersarij cauere hanc plagam
 contendunt: tunc enim apostolis per se
 ipsos necessarium fuisse prædicare, quo-
 niam in ipsis personalis industria electa
 fuit. Episcopi autem non illis successerunt
 in apostolatu, sed in episcopatu. At ve-
 rò fateamur vigentiorum fuisse in apo-
 stolis prædicandi obligationem propter
 reuelatam eis doctrinam, tñ quis neget
 in episcopis personalem etiã industriã,
 quatenus in episcopatu ipsis successerunt,
 eligi? Sed neque aliud istorum commen-
 tum illis admittendum est, nempe quod
 apostoli iusti sunt solis infidelibus prædi-
 care, episcopi verò solis subditis, immò
 Paulus sæpè prædicauit cõuersis, & certè

ad eorum confirmationem facere debe-
 bat. Nec episcopus dicitur, ut aiunt, vade, prædica
 populo Dei: sed, populo tibi commissio:
 cui non repugnat, quin aliqui possit, & de
 beat infidelibus prædicare. Alius verò ca-
 uillus istorum est, quod et si Papa dicitur sit,
 Pasce oves meas, non tñ inde colligitur,
 quod residere teneatur in omnibus ecclesijs:
 atque adeo neque de singulis colligitur, quod
 teneatur in suis residere. Quod autem
 cauillatio hæc peiori sit nõ in me digna,
 quis non planè videat? Iustus. n. est Papa
 per se ipsum pasce, atque adeò in sua ec-
 clesia, quæ Romana destinata est, reside-
 re, vel vbi expedire vitum esset. Decet
 autem pp confluum orbis illic, ne p alias
 diageatur, sed suos sigulis ut Deus ei ius-
 sit, episcopos consignet, qui eodem diui-
 no iure teneantur in suis diocesis resi-
 dere. Vnde Paul. ad Theff. 3. Regamus, in-
 quit, vos fratres vt noueritis eos, qui la-
 borat inter uos, & presunt uobis in Dño,
 & mouent uos, ut habeatis illis abundan-
 tius in charitate pp opus illorum. Nõ ergo
 pp dignitatem, sed pp opus, quod re-
 sidentes personaliter exercent. Alia deni-
 que eorũ arguita non est nisi digna. Ar-
 guitur n. quod cum Papa possit eam a sua di-
 censi dimouere atque alteri adscribere sit, ut
 dispensatio episcopi cum hac ecclesia nõ
 sit de iure diuino, atque adeo nec residenda.
 Iam. n. supra ostensa est infirmitas conse-
 quentia: nempe quod licet Papa possit epi-
 scopos summutare, non tñ eorum natu-
 ram, & functiones, quæ iure diuino an-
 nexa sunt dignitati. Sed rogas, nõne mul-
 ta episcopus potest per ministros dispen-
 sare? Apparet enim posse: ut ordines
 conferre, & confirmare: benedicere tem-
 pla, & ornamenta, &c. Item per multa
 sunt episcopalia officia quæ non nisi sta-
 tus temporibus eademque raro sunt: ut
 Chrisma consecrere, & facris initiare: que
 iò iugem residentiam non exigunt. Reside-
 tur inter episcopalia munera gradus esse
 dignoscendos. Quædam. n. sunt quæ li-
 cet non ita decenter fiant, tamen, nõ usq.
 adeo absurdum est per subditos illa ex-
 ercere. Vt sunt chrismatism consecratio, &
 templorum ornamentorumque consecratio.
 Est in quã i his, dum per titulares episco-
 pos sunt indecorum quidam, quod nõ ita
 grauitate, ut decet celebrantur: propter quã
 quod ausa inde porrigitur titularibus epi-
 Soto de Iust. & Iu. N n n sco.

Cauilla
alter.

Paulus

Scrups
lus.

Solutio

Ad arg.
Ram.

Valchra
ratio.

Paulus.

Aduer-
sarioũ
subter-
fugiu.

Refelli-
tur pxi-
ma solu-
tio.

scopis intro lucellis. Verumtamen non ista sunt
manera, que virginissimè residentia episcopi
requirunt: sed alia supra commemorata
que ad ipsam presentiam sedulamq; dili-
gentiam expolunt. Immo verò, ut iam
diximus, propterea episcopi obligati-
onis residentia oblitii sunt, quod non parat
alia sibi incumbere onera, quam lites au-
dire, & semel in anno ordines conferre.
Si. n. se ignorantium lucem delinquentium
etiam, et aliorum suffraganeorumq;
subsidio, ac presidio (ut ve. e. iur.) esse co-
gnoscerent, non grandi opus esset nego-
tio, ut ius residentia persuasissimum ha-
berent. Multa alia hic missa facimus scilicet
purarum testimoniorum iuris rati-
onem, que precipui sunt in omni articulo.
Multasq; aduersa totum arguit silentio
pretermittimus, ad quas vni que molesti
essent, non tere, q; utiles. Quod autem de episco-
po asseruimus corauimus, de cunctis et pa-
rochialibus pastoribus subinde est intelli-
gendum. Sane cum, & allata testimonia
idem sibi velint licet multo efficacius e-
piscopos urgeant. In apice autem istorum q;
dicta sunt, hoc licet per se ipsum euidentis-
simum sit, non erit tamen ad monitu supe-
riorem, neimpe prestandi obligatio sic
preceptum est, ut non si precepti finis. Vi-
deas. n. presules in suis quidem ecclesijs
residentes: sed tamen adeo oscitanter, &
segitanter in administratione verbi, in gu-
bernatione, in afflictorum consolatione, et
pauperum subsidio sese gerentes, ut nihil
referat absente se sine sint an presentes. Re-
sidentia. n. propter hæc necessaria est, que
si non fiant superuacanea immo quado-
que causa, ut episcopus maiori oppro-
brio, & vilipendio a sua plebe habeatur.

Etia pa-
stores-
parcia-
les resi-
dere te-
nentur.

Ad pri-
mū arg.

quibus

Ad primum igitur argumētum respondetur,
verba illa formalia, quod episcopi reside-
re teneantur, nullā fuisse necessitatem, ut
in Evangelio exprimerentur. Sane cū eui-
dētissime ex ipsa episcopali functione di-
uinitus instituta colligatur: q; sic secūdi
aduersarij satis est, ut eadem residentia
sit de iure diuino. Nam vbi Christus ceu
operarios miserit predicatum Apostolos
atq; alios 72. discipulos quibus episcopi
& parochiales sacerdotes successerunt: &
vbi iubet in Petro cunctis episcopis, ut re-
gē pascat: & vbi docet bonū pastorem esse,
qui nominatim cognoscit oves, et vbi ait
Paulus episcopum esse doctorem, & hospi-

ralem, & vbi admonet Timotheum, ut seipsum
operarium in eo non fuisse, verbum veri-
tatis recte tractantem exhibeat; & vbi
admonet presules, ut in uice suo gregem
tendant in quo eos spiritus sanctus poluit
episcopos ad regendum ecclesiam Dei,
atq; in id genus alijs locis usque adeo lu-
ce clarius residentiam pastorum precepit,
ut fatuum sit ex pressiora uerba require-
re. Ad secundum iam satis responsum est,
quod etsi summam ecclesie iurisdictionem
Petri eiusq; successoribus singulari-
ter commiserit, ubi ait, Pascite oues meas:
atq; adeo facultatem eligendi pastores:
modum tamen pascendi non reliquit suo
arbitrio, ut eum mutare possent. Haud
in arbitrio est Patris facere ut episcopus
non sit doctor, non sit hospitalis, non sit
regulator super gregem, quibus muneribus in-
stitutum est ut resideat. Ad tertium deniq;
respondetur quod si Timotheus, & alij forsan
episcopi iussa Pauli a suis non nunquam
ecclesijs peregrinanti fuerint: id tamen ob ec-
clesie uniuersalis necessitatem factum est,
atque adeo per interpretationem non est
diuini iuris, & naturalis. Haud enim
pugnans residentiam esse de iure diuino,
& nihilominus posse casus accidere, in
quibus non solum licitum, uerum & ex-
pedientissimū sit episcopum a sua eccle-
sia in tempus abscedere.

ARTICVLVS II.

Verum residentia episcoporum iure
naturali fundetur.

Cum monstratum sit residentia episcopi
scoporum de iure esse diuino, sube-
quitur, ut uideamus, an ius eam namque
suas rationes eidem ueritati subministrat.
Arguitur namq; a parte negatiua. Enige-
licus episcopus, ordo est supernaturalis:
quippe cum fundatio ipsa ecclesie super
naturam fuerit a Christo instituta, non er-
go episcoporum residentia in iure natura-
li fundatur. Secundo: Si iure naturali eius-
modi residentia iuberetur nulla ratione
posset super eo dispensari. Nam ut supra
de Decalogo pronuntiauius, ob id iusti-
ficabilis est, quod in inditum habet a
natura obligandi vinculum, & tamen ut
in c. 4. patebit, infringere ea necessitas po-
test, ut legitime a sua ecclesia episcopus
tus

SOTO
de Iure
Legibus
DIE
13

